Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

mulieris primum non solum culpa euenit. s; etiam multiplicat gratia
ut pluribus suadeat quę unum ante deceperat. ita et uir qui temere
ante crediderat fenestratum murum recuperare debuit. ut qui sibi ipsi ante
fuerat adtendendum lubricus. fieret aliis ad predicandum idoneus. S; ad
uerta m ipsa uerba mandati. Noli me tangere non dum enim ascendi ad
patrem meum. Vade autem ad fres meos et dic eis. Ascendo ad patrem meum et
ad patrem uestrum. dm meum et dm uestrum. Quomodo non ascenderas dne ihv-
que admodum abieras qui in manus patris commendaueras spm. aut
quomodo abire potes. qui semper in patre es. cum patre semper. Denique
ipse dixisti. Si descendero in infernum tu ades. si sumpsero pennas
meas ante lucem et habitem in extremo maris. et enim illo manus tua de
ducet me. aut quomodo ascendes qui ubique semper es. Descendisti quidem
filius hominis. nec patri cum descendere es afuisti. S; descendisti nobis
ut ante oculis ac mentib; uideremus. ut inter cederemus. Ergo et
ascendisti nobis ut te sequerem mentibus. quem oculis uidere non pos
sumus. ascendisti apls. quib' dixisti. qui me uidet uidet et patrem
Denique iohannes ubi te quęrere sciunt. apud patrem quęsiunt et rep
perit. et ideo ait. Et uerbum erat apud dm. ascendisti et paulo. quin
contentus solus te sequi. nos quoq; docuit quem admodum te sequamur
et ubi te reperire possimus dicens. Si ergo conresurrexistis cum xpo
quę sursum sunt querite ubi xps est ad dexteram dei sedens. Et in oculos
magis quam animorum putarem officium. addidit. Quę sursum sunt sapite
non quę sup terram. Ergo non supra terram nec in terra. nec secum carnem
te sequi debere si uolumus inuenire. Nunc enim secum carnem iam non
nouimus xpm. Denique stephanum non supra terram quęsiuit. qui stantem
te addexteram dei uidit. Maria autem quę querebat in terra. tangere
non potuit. stephanum tetigit quia quęsiuit in cęlo. Stephanus inter iu
deos uidit absentem. maria inter angelos non uidit presentem. S; quare non
potuerit illa tangere euangelista ipse nos docuit dicens. Quia cum